



Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorvm Regvlarivm Ordinis S. Avgvstini Origines ac
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt VII. Breve Eivsdem Pii Papae IV. In quo supplentur omnes & singuli
Processus & Sententiae praedictae, defectus etiam substantiales, si qui
forsan interuenerint, ac mandatur, ab ommibus ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

Ita refero, & censeo iudicandum esse, Io-
annes Baptista Cardinalis S. Clementis.

Ita refero, & censeo iudicandum esse, Ber-
nardinus Cardinalis Tranensis.

CAP V T VII.

BREVE EIVSDEM PII PAPAE IV. IN
quo supplentur omnes & singuli Processus & Sen-
tentia p̄dicta, defectus etiam substantiales, si qui
forsan interuenerint, ac mandatur, ab ommi-
bus inuiolabiliter obseruari debere p̄a-
dictam sententiam sub pœnis
& censuris.

Pius Papa Quartus

AD futuram rei memoriam. Sedis Apo-
stolicæ prouidentia circumspæcta (ne
rursus ea, quæ in controuersijs inter personas
ecclesiasticas, præsertim Altissimo sub regu-
lari professione famulantes versantur, in mo-
lestos cōtentionis anfractus relabantur) ma-
iorem solet, dum id res ipsa requirit, adhibe-
re cautionem. Sanè nuper postquam, sicut no-
bis innotuerat, ab antiquis vsq; temporibus,
etiam suprà centum annos retroactos, lis &
causa, seu controuersia inter dilectos filios
Rectorem generalem & Canonicos Regula-
res sancti Augustini Congregationis Latera-
nensis ex vna, ac Monachos S. Benedicti, or-
dinis

dinis Cassinensis, alias Sanctæ Iustinæ de Pauda, ex altera, super illorum precedentia suborta, & coram diuersis iudicibus etiam in nostro Palatij Apostolici auditorio ventillata, ac demum non sine animi nostri molestia in OEcumenico Concilio Tridentino, inter earundem congregationum Abbates renouata fuerat: Nos considerantes, lites & controuer-
fias huiusmodi in Ecclesia præsertim inter religiosas & reformatas personas, quæ relictis mundi vanitatibus, votum suum in humilitatis spiritu Domino & Deo nostro (qui se pro nobis vsq; adeo humiliauit, ut formiam serui acciperet) persoluere profitentur, non modicū illi præclaræ Deoq; præcipue dilectæ virtuti, quæ est humilitas, labem infundere, populoq; scandalū generale, ac propterea illas omni ratione submonendas, publicæq; religionis tranquillitati, ac ministrorū Dei reconciliationi, & mutuæ dilectioni quam pri-
mum consulendū esse rati; Motu proprio di-
etas causas & controuerfias vñlibet & coram quibusuis iudicibus, motas, & in quibusuis instantijs indecisas pendentes, ab eisdem iudicibus ad nos auocauimus, illasq; dilectis filijs nostris Ioanni Michaeli sancte Anastasię Saraceno, Ioanni Baptiste sancti Clementis Cicadæ, ac Bernardino Scotto, nuncupatis, S.R. E. presbyteris Cardinalibus audiendas, cognoscendas, & decidendas per quādam mo-
tus

tus proprijs schedulā, & deinde illas per aliud nostrū rescriptum eisdē Cardinalibus per eos audiendas tantū, nobisq; referendas cōmisimus. Qui quidē Cardinales dictis partib. eorumve Procuratoribus & Aduocatis pluries auditis, dubijsq; emergentib^o ad plenū discutis & resolutis, cōperto satis per eos ex cōpluribus litteris Apostolicis diuersisq; alijs documentis, rationibus & probationibus, q̄ ipsi Canonici fuerūt & sūt de illis clericis à S. Augustino, quinimō à sanctis Apostolis institutis, eosdē Canonicos tam suæ antiquæ institutio*Canonica-*
rum re-
gularium
antiqui-
tas.
nem, quām etiam dignitatis clericalis (quā
eos statim cum professionem regularem emittunt, insignitos esse oportet) aliarumq; qualitatum in eis existentium rationem, dictamq; illorum Congregationem Lateranensem præfatos Monachos & eorum congregationem Cassinensem præcedere debere censuerunt & concluserunt, suamq; conclusionem homini ad audientiam nostrā retulerunt. Vnde nos illorū relatione intellecta, ea-
que per nos diligēter examinata, quoniā eam in omnibus suis partibus veritati & iuri consonā cōperimus per nostrā diffinitiū sententiā iudicauimus, decreuimus & declarauimus Abbates, Prælatos, & Canonicos Regulares cōgregationis Lateranēs. vti Clericos dimissa superiori veste, pallio seu cappa, in linea veste clericali q; habitu incedētes (q; etiam in alma
vrbe

vrbe consuetum fuerat, & tunc obseruabitur) in Processionibus, & omnibus alijs actibus publicis & priuatis, tam in dicta vrbe, nostroque & aliorum Romanorum Pontificum successorum nostrorum cōspectu, quam alias in vniuersis & quibuscumque alijs ciuitatibus, terris, oppidis, & locis, Abbates, Prælatos & Monachos ordinis S.Benedicti congregationis Cassinensis prædictos præcedere debuisse & debere, ac eosdem Abbates, Prælatos & Canonicos Regulares, dictamq; eorum Congregationem, ut præfertur incedentes, dictis Abbatibus, Prælatis & Monachis sancti Benedicti & eorum congregationi in omnibus & singulis præmissis, præferendos, anteponendos, & in digniori loco collocandos fore & esse; Abbates verò dictarum congregationum singulariter & per se absque eorum Conuentibus in Concilijs generalibus, Prouincialibus, Synodalibus, ac alijs actibus publicis & priuatis, in quibus Abbates de iure vel consuetudine locum & votum habent, vel pro tempore quomodolibet habebunt, inter se iuxta singulorum ipsorum Abbatum ibidem interuenientium priorem & antiquiorem promotionem ad Abbatiam, ac illorum promotione duntaxat, non autem congregatione, & ordine, cuius sint, attentis, præcedere & præferri, & in digniori loco collocari debuisse & debere, prout & tunc

præ-

prætulimus anteposuimus, & collocauimus, præferriqué anteponi, & collocari mandaui-
mus, iactationes quoq; molestatiōes, oppres-
siones, perturbationes, vexationes & impedi-
mēta quęcumq; per Abbates, Prælatos, & Mo-
nachos prædictos & eorum congregationem
Cassinensem eisdem Abbatibus, Prælatis &
Cañonicis Regularibus congregationis La-
teranensis super præfatis omnibus & singulis
& illorum occasione quomodolibet factas,
præstitas, & illatas, facta, præstita, & illata
fuisse & esse temerarias, illicitas, indebitas, &
iniustas, temerariaque, illicita, indebita & in-
iusta, ac de facto præsumptas & præsumpta
illasque & illa Abbatibus, Prælatis & Mona-
chis, Congregationis Cassinensis huiusmodi
fecisse, & facere minimè licuisse neque lice-
re de iure. Et propterea de & super illis ac
dicto iure procedendi, omnibusque & sin-
gulis alijs præmissis perpetuum silentium im-
ponendum fore & esse, & tunc imposuimus,
prout in rescripto, relatione & sententia præ-
dictis plenius continetur. Ne autem de sen-
tentia aliorumq; præmissorum validitate vl-
lo vnquam tempore dubitari, ac propterea
vel alio quouis prætextu rem mature discus-
sam & iudicatam rursus in controuersiam re-
trahi, neve denuò in Ecclesia Dei inter tales
personas religiosas contentiones exoriri ac
populo scandala generari contingat, tempe-

C stiue

stiuè prouidere ac supremam huic negotio manum apponere cupientes, necnon veriores litterarum singulorum prædecessorum, ac rescripti processus, relationis, sententiæque præfatorum & inde secutorum tenores præsentibus pro suffragijs expressis habentes. Motu simili non ad ipsorum Abbatum Prælatorum, & Canonicorum Regularium congregationis Lateranensis, vel alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione & certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine ad effectum executionis dictæ sententiæ tantum, omnes & singulos processus & sententiæ præfatorum defectus etiam substantiales, si qui forsan in eisdem interuenerint, harum serie supplemus, ac eandem sententiam vnâ cum eius processu validos & efficaces esse, suosque plenarios & integros effectus fortiri & inuiolabiliter ab omnibus obseruari debere, nec partes ipsas ab eis ullo vñquā tempore quouis prætextu quæsitoue colore resilire posse, sed illorum obseruationem teneri, censurisq; & pœnis tam ecclesiasticis, quam pecuniarijs ad id cogi & compelli, neq; monachos eorumue congregationē aduersus sententiam aliaue præmissa in pristinū statum quouis quæsito colore, vel ingenio restitui, nec illa oppugnantes audiri, præsentesq; litteras de subreptionis vel obreptionis

ptionis vitio, aut intentionis nostræ, aut alio
quouis defectu notari seu impugnari posse.
Sicque & non aliter per quoscunq; Iudices &
Cōmissarios, etiā S. R.E. Card. sublata eis &
eorum cuilibet, quauis alter iudicandi & in-
terpretandi facultate & autoritate, iudicari
& definiri debere, ac quicquid secus à qua-
quam, quauis autoritate sciéter aut ignoran-
ter attentari contigerit, irritum & inane de-
cernimus, præmissaq; omnia perpetuò statui-
mus, vtque ita fiant & obseruentur volumus
atq; mandamus, similiter venerabili Fr. Ej i-
scopo Amerino & dilectis filijs nostro in al-
ma Vrbe & eius districtu Vicario in spiritua-
libus, ac Curiæ Causarū cameræ Apostolicæ
auditori generalib^o per præsentes motu pari
mandates, quatenus ipsi vel duo, aut vnu eo-
rum per se vel aliū seu alios præsentes litteras,
& in eis contenta quæcunq; vbi & quando o-
pus fuerit, ac quoties pro parte Rectoris ge-
neralis & Abbatum, Prælatorum ac Regula-
rum Canonicorum S. Augustini congregatio-
nis Lateranensis præfatorum, vel alicuius eo-
rum fuerint requisiti, solemniter publican-
tes, ac illis in præmissis efficacis defensionis
præsidio assistentes faciant authoritate no-
stra illos suppletione, decreto, statuto, volū-
tate & mandato, alijsqué promissis pacifice
frui & gaudere, Non permittentes eos vel eo-
rū quempia desuper, p quoscunq; quomodo-

libet indebitè molestari , perturbari , vel inquietari; contradictores quoilibet & rebelles per sententias, censuras , & tam Ecclesiasticas & pecuniarias etiam arbitrio suo moderandas & applicandas , quām etiam priuationis beneficiorum Ecclesiasticonrum per ipsos contradictores obtentorum pœnas, aliaque iuris remedia, appellatione postposita , compescēdo , ac legitimis super his habendis seruatis processibus illos sententias, censuras, & pœnas huiusmodi incurisse declarādo, illosq; etiam iteratis vicibus aggrauando & interdictum Ecclesiasticum imponendo , inuocato etiam ad hoc, si opus fit , auxilio brachij sacerularis. Non obstantibus præmissis , ac felicis recordationis Bonifacij Papæ Octaui prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo quispiam præsentiu vigore vltra tres dietas ad iudicium non trahatur, ac alijs quibusuis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis , necnon Monasteriorum & Ordinum, ac congregationū præfatorum , etiam iuramento , confirmatione Apostolica , vel quauis firmitate alia robora-
tis statutis , vel consuetudinibus , priuilegijs quoque indultis , & litteris Apostolicis , sub quibuscumque tenoribus & formis , ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus & insolitis capitulis irritantibusque, & alijs decretis in genere
vel

vel specie, etiam motu proprio & sciētia quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, illorum tenores pro expressis & insertis habētes (illis aliās in suo robore permāsuris) hac vice duntaxat specialiter & expressè derogamus, contrarijs quibuscumque, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspēdi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionē. Volumus autem quod præsentium transsumptis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio & extra vibilitet locorū plena & indubia, eademq; prorsus fides adhibetur, que ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XVIII. Ianuarij M. D. L XIV. Pontificatus nostri anno quinto.

CAPUT VIII.

CANONICORVM REGULARIVM
variae Congregationes reformatæ.

ANNO salutis humanæ 1080. sub Gregorio VII. vt testatur Volaterranus,

C 3

lib. 21.